

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

voluntate nolite contemnere. Dei enim voluntate alia nunquam propter prospera propter iter contigerunt. et puellam citius. et vestram inueni domum. Dum proximam essem civitati. virginem videns plurimas venientes ad puteum. oravi. ut in ista incidere. quod et factum est. Nuptias ergo diuina prescientia desponsatas. vos quod firmate. **Illi** vero pro ea que eis fuerat secunde collata dispositione diuine voluntatis intellexerunt miseruntque sicut petebat virginem. Quam duxit ysaac potitus omnium rege abrahe. Nam que fuerunt de cethura

*Abraam moritur.*

**Ca. xxv.** **P**ost paululum vero temporis mortuus est etiam abraam. vir quidem omni virtute summus. et digne a deo pro studio quod circa eum habuerat honoratus. **Vixit** autem omne tempus suum annis centum septuaginta quinque. et in hebron cum sara coniuge sua a suis filiis ysaac et ismaele sepultus est.

*Rebecca parit geminos.*

**Ca. xxvi.** **P**orro post mortem abrahe **concepit** uxor ysaac. Cuius ventre nimis intumescente. hesitans consuluit deum. responditque geminos paritura fore rebecca. et in omnibus gestibus esse nominandos. maioris autem primatum esse minuendum. **Deperit** ergo paulatim secundum diuinum eloquium geminos filios. quorum senior ut credimus a capite usque ad pedes erat vehementer hirsutus. quem iunior precedentem tenebat a planta. **Diligebat** pater seniore quidem quem vocabatur esau. secundum ethimologiam pilorum. hebrei namque capillaturam seiro dicunt. iacob autem iunior. carus erat genitrici.

*Isaac peregrinatur in Geraris spe famis.*

**Fame** vero superveniente. dum placuisset ysaac ut iret in egiptum ubertuosam valde provinciam. pergebat in geraris deo precipiente. Hunc suscepit rex abimelech. pro muneribus et amicitijs abrahe. **Et** cum multo circa eum favore fuisset usus initio. in hoc permanere semper invidia faciente est prohibitus. **Videns** namque deum in ysaac esse presentem. et tanto eum foventem. expulit eum. **Ille** vero huiusmodi invidia temptatus pro abimelech. tunc equidem discessit in agrum qui dicitur pharan. et conuallis. non longe a geraris. **Vbi** cum foderet puteum. irruentes pastores in hunc congressi sunt. prohibentes illud opus impleri. Quo nolente contendere. prevaluisse videbant. **Discedens** autem. alium fodiebat. quem etiam alijs iniuriam facientibus quibusdam abimelech pastoribus relinquit. abscessit expectans bene voluntatis gratiore licentiam. **Quod** dum esset ei sponte concessum. ut puteum sine prohibitione foderet. roboth puteum appellavit. quod nomen significat spaciosum. **Prior** vero alius quidem escon appellatur. quod potest dici litigium. alius vero suennam quod nomen significat inimicitias. **Ysaac** itaque

*Esau dicitur duci uxoris.*

*JACOB de medio dicitur ante uenit.*

rerum magnitudine pullulabat. **Abimelech** autem contra se crescere putans ysaac. propter hoc quod cum eo litigasset ex incertis inimicitijs egerat. metuens ne prior amicitia nichil ei prodesset. conuerso ysaac ad ultionem eorum que videbat esse pressus. amicitias rursus cum eo firmavit. et unum ad hunc suorum ducum philochum nomine destinavit. **Et** cum omnia que poposcerat abimelech meruisset propter ysaac bonitatem. que recenti iracundie periscam gratiam in se. inque premissum suum habitum proposuerat. tulit eum in ysaac. **Ysaac** vero filius esau circa quem maximum habebat pater affectum. cum esset annorum XL. duxit uxores. agamidam edonis filiam. et alpbamin eusebonis. viroque inter chananeos valde potentium. semetipsum faciens omnium in prete nuptiarum. et neque patris consilium sumens. quod nec promississet ysaac. sed in eius voluntate iacet. **Non** enim libenter habebat ad puerciales sua copulare cognationem. **Nolens** ergo molestus esse filio ut haberet eum a mulieribus abstinere. tacere decrevit. **Cum** senex autem esset et aspectum penitus non haberet euocans esau. et senectutem indicans. quod et pro cecitate et passione visus. impedimentum ei iam esset deo huire iussit eum egredi ad venandum. ut dum caperet quodcumque potuisset. ei pararet ad cenam postquam dominus supplicaret. ut auxiliator ei in omni vita et cooperato: existeret. incertumque esse dicens. quam etiam moreretur. et ante hoc eis se prebitur. ut deum propiciam eius orationibus haberet mereretur. **Et** esau quidem ad venandum egressus est. rebecca vero deum pro favore iacob rogabat. et propter ysaac voluntatem. iussit heros ei occidere. cenamque parare. **Iacob** ministrabat matri ei semper obediens. **Cum** vero fuisset parata cena. heros pelle brachia conuoluit iacob. ut propter pilos esse crederet esau. **Nam** cum in omnibus alijs similesent eo quod essent gemini. in hoc tantummodo differerent. trepidusque iacob ne antequam fieret ordes reptus in hac calliditate. premissum ut contraria faceret irritaret proferebat pro cena. **Ysaac** vero sentiens vocem iacob pro eo nomine vocitabat. **Illo** autem brachium porrigente cui pelle circumdederat. contingens eum ysaac ait. **Voce** quidem iacob proximus. secundum pellis vero profunditatem esau videris esse. nichilque suspicans mali cum cenasset conuersus est ad ordes et dei preces. **Domine** inquit omnium seculorum. et creator vniuersae substantie tu pro me concessisti magnam fortitudinem bonorum. et me dignum rebus presentibus effecisti. et ex me precedentibus promissisti adiutorem. et propiciam. et datorum te semper meliorum. **Hec** ergo confirma et noli me despiciere propter presentem necessitatem. propter quam et propiciam a te deposco et hunc filium propicius tua michi. et ab omni